

perdomare se posse, fide dignis rationibus & experimentis opinantur, an iure iisdem inter se diuersi iudicabuntur? Ut constituta hac communi medicinarum materia, ad reliquorū principiorū consensum transitori iam simus, si prius eum scrupulū submouerimus, qui dubitantiū animos urgere & premere possit, quo pacto metallorū vis noxia emendari vllius artis queat ingenio. Et quāuis experimentis id perdoceri haud foret difficile, ne tamen *ἄλογον πείραν* quis auerfetur, cogitet vnusquisq; , qua possint habilitate, noxiorū remediōrū cætera, de quibus Actuarius, Scribonius, Mesues, & alij, mitiora fieri, & innoxie adhiberi, eādē antimonio, mercurio, similibusq; alijs, tot clarorum virorum sententijs, nō denegari. Et vel id saltem cogitet, si quæ vis lethalis adhæret remedijs, à forma eorundem dependere. Quod si iam forma imminuatur, & præparatione discedat compositum in sua principia, vim quoque malignam in auras abire, quodq; integrum metu periculi terrobat sollicitos homines, id in suas partes constituentes reductum, se-

cus

*An possit
vis noxia
metallorum
corrigi.*